

*tu nos sustentes & Spiritus tui robore fir-  
mes, ne in hoc spirituali certamine suc-  
cumbamus, sed tanti per illis resistamus,  
donec integrum tandem victoriam obti-  
neamus.*

**Quæst. 128.** Quomodo concludis pre-  
cationem tuam?

**R E S P.** *Quiatum est regnum, potentia & gloria in  
secula: hoc est, Omnia haec à te petimus,  
quia cùm & rex noster & omnipotens sis,  
omnia nobis & vis & potes largiri: atq[ue]  
haec quidem ideo petimus, ut ex ijs non ad  
nos, sed ad sanctum nomen tuum omnis  
gloriare deat.*

**Quæst. 129.** Quid sibi vult particu-  
la Amen?

**R E S P.** *Rem certam acratam esse: nam precatio mea  
multò certius est à Deo exaudita, quā ego in  
corde meo sentio me illud ex animo cupere.*

**D**uo nobis promittit Deus beneficia in fæde-  
re gratuito, quæ ad vitam nobis suffi-  
ciunt perennem: remissionem pecca-  
torum & Sanctificationem per S.S.  
De quo multis & dilucidè agitur Jer. 31, 33. &  
32, 40. & 33, 8.

**Q**uia verò illis Jehova solùm gratiam suam, id  
est justificationem & sanctificationem largitur, qui veris gemitibus  
continenter hæc ab ipso petunt &  
pro iis ipsi gratias agunt: ideo jussit  
Salvator noster orare nos:

*Remitte nobis debita &c. Item Ne nos in-  
ducas &c.* Subin-